



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

V. Conradus Episcopus Portuensis in Galliam missus ab Honorio III.
necesse habuit pignori in sumptus legationis tradere ornameta sua.
Verùm spes erat illum ex legatione reportaturum unde solvendo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

geſti, & ſarcinulis cum magna cautele diſpoſitiſ
& prudenter commendatiſ, feſtinuſ viator ad ma-
re perueniens, Angliam à tergo ſalutavit.

V. Anno MCCCXX. Honorius III. Le-
gatum in Galliam adverſus Albigenſes misit
Conradum Epifcopum Portuenſem, qui Ci-
ſterciensis Abbas fuerat, virum certe fan-
tillimum, ſed pauperem, & cui ea aucto-
ritas oneri eſſe poterat ob eam cauſam. Sed
Pontiſex putabat haudubiē ſe fatis illi di-
vitiarum dediſſe cum auctoritate Legati, in-
dustriaſ ſuam exereret. Itaque ingressuſ
provinciam Narbonenſem, neceſſe habuit
pecuniam mutuari in ſumptu legationis,
adeōque ornamenti varia in pignus tradere.
Teſtatur illud ipſe Conradus in epiftolis tum
scriptis ad Capitulum Narbonenſe, quas
heic nunc primū edimus ex archivio ejus-
dem Eccleſia.

Conradus miſeratione divina Portuenſis &
ſancte Ruffine Epifcopus, apofolice ſediſ Lega-
tus, univerſitati & ſinguluſ Capituli Narbonen-
ſis dilecſiſſim ſibi in Christo, ſalutem in Chri-
ſto Iefu. Fatemur quia ad multa vobis tenemur
anteriora, & eō ſpecialiū quō veri cruciſixi
imitatores adhæſiſtiſ fixiū cruciſixo. Tenemur
etiam vobis in centum quinqaginta libris Mel-
gorienſib; pro quibus volumus & mandamus
vobis quatinus corone & aliis apud vos à nobis
depoſitiſ tanquam pignori incubatiſ, donec ſa-
tisfecerimus vobis de pecunia memorata, honori
autem & utilitati veſtrum omnium & ſingulo-
rum ſecundum Deum nos inveneritis paratos.
Datum Trevis xviij. Kal. Septembriſ.

Conradus miſeratione divina Portuenſis &
ſancte Ruffine Epifcopus, apofolice ſediſ Lega-
tus, veſerabilibus viris & dilectiſ ſibi in Chri-
ſto Capitulo Narbonenſi ſalutem in Christo Iefu.
Mandamus vobis quatenus pro tribus millibus ſo-
lidorum Melgorienſium, in quibus vobis tenemur,
in pignore teneatis coronam auream & cruceſ &
alium theſaurum quem nos vobis meminimus
comiſſiſe, donec vobis ad plenum ſatisfecerimus
de eisdem. Datum Cabilone anno Domini millesi-
mo ducentefimo vigiſimo, tertio Kal. Septembriſ.

V. I. Claudamus caput iſtud magno exem-
plio, falſo quidem, ſed ex quo colligi potheſt
maximam animis mortalium infixam fuſſe
tum reverentiam erga Legatos apofolica
ſediſ, peruafos autem fuſſe aī illius ho-
mines pecunias maximas iī deberi qui lega-
tione Romana ornati erant, quicunque
tandem illi eſſent, licet porrò Pontificibus
Legatos mittere abſque cauſa, tantum ut
magnam auri argenteique vim congererent.
Alioqui non toleraſſent hominem inutilem,
& qui ſanguinem humanum crudeliter exſu-
geret. Rem geſtam narrat Odericus Ray-
naldus hiſ omnino verbis: Projeſta adeo cu-

jſdam impostaſis fuerat audacia ut Epifcopi ac
Legati apofolici perſonam indueret ad divitias
ex ſcelere atque clementia dignitate comparandas;
cumque vinculis mancipatus fuſſet, Lundensis
Archiepifcopus, qui apofolice legationis munere
ſangebatur, ea de re Pontificem conſuluit; qui
omnia pfeudepifcopi geſta reſcindi decrevit, il-
lumque perpetua custodia traditum doloris pane,
ut ait, & anguſtia aqua ſuſtentari juiſſit. Extat
illa Innocentij III. epiftola in libro xvi.
Regeſtorum ejus, epift. x. Confueville in-
terdu m nonnullos ſe pro Legatis Romani
Pontificis gerere, haudubiē ut pecuniam
raperent, patet etiam ex Petro Cellensi lib.
i v. epift. i v.

*Odor. Reynal. ad
an. 1213. 4. 10.*

C A P V T L V.

Synopſis.

I. Ex biſ qua huc uſque ditta ſunt de avaritia ac
turpitudine quorundam Legatorum prejudicandum
non eſt adverſus omne Legatorum genu. Non enim
adeo steriles fuerunt atque quin plurima bona exempla
protulerint.

II. Legatorum ſancte animi patebant in plurimum
muneribus. Itaque ſtatiuſ ac adveniebant in provinciam,
muneribus honeſtabantur a provincialibus. Effuso An-
glorum in Ottoneum Legatum. Sed iſ tamen munera
ſibi oblaſta magna ex parte reſpuit contra conſuetu-
dinem Romanorum.

III. Nimirum hic eſt lapis ſcandalii in quem im-
pingere solebant Legati. Epifcopi Gallicani in pala-
tio Verneni congregati, ac si Legatorum à latere no-
men fatiale eſſet, Karolum Calvum orant ut Legatis
quos à latere ſuo mittere in provincias prohiberet ne
munerum acceptores eſſent. Gladiuſ conditū ubi an-
rum iſuſipit, ex Caſſiodoro.

IV. Itaque magnam haudubiē laudem mere-
bantur Legati qui munera repellebant. Euerū viri ea
fortiuitate pradu. Arjenius Epifcopus Hortensis ex-
eſuſit manu ſuā ab omni munere, ut iradit Adven-
tus Epifcopus Metensis.

V. Petrus Damiani Mediolanum miſſu à Nico-
lao II. indignationem cleri in ſe concitatuit quia pri-
muſ lecuſ in ſyndo tenuit ſuper Archiepifcopum
Mediolanenſem & Epifcopum Licensem. Per eas
tempeſtates Eccleſia Mediolanenſis contendebat ſe eſſe
liberam, adeōque non debere Romanis legibus ſub-
jacere.

VI. Is exemplo ſuo docuiſ Legatos non debere ac-
cepere munera. Miniftorū Romana Eccleſia mo-
tuſ eraſ ſibil prorū accipere ab hiſ quoruſ nego-
tiuſ pendebat, non tamen omnium, ſed illoruſ dum-
taxat qui meliusculē ſe ab aviditate cufodiabant.

VII. Cono Prænſtru Epifcopuſ ab Hildeberto
laudatur quod integer eſſet inter munera. Admonet
deinde illum ut in propoſito perfeveret, neque ſe mu-
neribus preſet obnoxium.

VIII. Sanctuſ Bernarduſ ſummi laudibus effert
Gaufriduſ Epifcopum Carnotenſem, qui omne mu-
neruſ cum ſumma animi fortiuitate reſpues, legatio-
nem Aquitanie propriis ſumptibus strenue admini-
ſtravit per plures annos. Poculaſta tamen & eſcu-
lenta iſuſipit, ſed hoc cum ſumma frugalitate, do-
cet Ioannes Sardebiensiſ.